



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Chronologiae Veteris Testamenti Accvratvm Examen
Augustißimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ
Dicatvm**

Philippi, Henricus

Coloniae Agrippinae, 1637

4. Quando Tharthan Azotum ingressus sit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64340)

ISAIAE XVI. v. 14.

In tribus annis, quasi anni mercenarij, auferetur gloria Moab. Huius loci adeo incerta & obscura est intelligentia, ut vix quicquam lucis à Chronologia possit accipere. Rabbi Salomon apud Lyranum, putat Moabitas vastatos, partim quod contra filios Israel in deserto Balaam mercede conduxerint, partim quod Assyrio tres annos Samariam obsidenti auxiliares copias submiserint. At verò hoc posterius incertum est: nec verisimile videtur, Deum pœnas Ezechiae temporibus à Moabitis ezeigisse, ob culpam ab eorum progenitoribus admissam.

Varia huius loci interpretationes.
1. Expositio

2. Secunda interpretatio esse potest, ut sicut operarius labore finito mox suam mercedem accipere solet, ita post tres annos, ab exactis 10. tribubus, Moabitas ad exiguum numerum redegerint Assyrij. Hanc & alias duas explanationes breuiter affert S. Hieronymus, & subnectit: Potest & de Babylonica captiuitate prædici, quod post captam Ierusalem & transitis annorum trium mensibus, Moab à Chaldaeis vastanda sit: siue quod in trium annorum spatio, nulla eis danda sit requies. Similia habet Lyranus, quibus subscribit Cornelius, Hugone, Prato, Leone Castrio, in hanc sententiam laudatis, ita ut inter Ierusalem excidium, & vastationem Moab triennium intercesserit teste Iosepho: aut certè ut triennij spatio Nabuchodonosor Moabitidem vexauerit. Hanc vltimam interpretationem maximè probat Sanctius hic num. 34. ad Menochium, vel positum esse numerum definitum pro indefinito; q. d. non multo post. Tornellus ann. m. 3451. num. 6. ait nihil certi hac de re affirmari posse, cum fieri potuerit, ut prius ab Assyriorum, tum à Babylonijs rege, Moabitis subuersi fuerint. Ex omnibus allatam S. Hieronymi expositionem de captiuitate Babylonica maximè probo.

2. Expositio.

3. Expositio

4. Expositio.

Conclusio.

ISAIAE XX. v. 1.

In anno, quo ingressus est Tharshan in Azotum, cum misisset eum Sargon rex Assyriorum.

QUESTIO IV.
Quando hac contigerint.

1. Sanctio non valde verisimile videtur, hunc Sargon fuisse Sennacherib, qui Anno 14. Ezechiae Iudæam inuasit: quia ipsi non apparet, quando hic Azotum oppugnare potuerit. Post suum ex Aegypto reditum id fecisse non videtur. Tum quia cæsis ab Angelo 185000. ex suis mox trepidus in patriam cum

Quidam opinantur sub Salmanasare.

ppp

Chronologia
amentia

V

cum reliquis exercitus refugit, tum quia hoc loco S. Vares non tantum de clade Ægyptijs illata, quã vaticinium de inferenda pronunciat. Immo gnatam verò Ægyptum, Sennacherib rectã in Iudæam venit, Anno ad mare mediterraneum relicta, Quare putat verisimilius esse hæc in Iudæa gesta ante annum sextum Ezechie, quando Assyrius Iudæam calamitatem inuexit.

Alij melius sub Sennacherib.

2. Communis aliorum sententia est, sub Sennacheribo, Anno Tharthan in Assyriorum potestatem venisse. S. Hieronymi, Lyrani, Mariæ, Sa, Menochij in hunc textum, Tornielli ad annum m. 3322. num. 4. Saliari an. 3323. num. 6. quibus assentior. Nam certum est Tharthan fuisse Ducibus Sennacherib aliquem 4. Reg. 18. v. 17. si quidem habemus, quo eundem, aut eiusdem nominis alium sub Salmanassarum officium obuiisse conijciamus. Fieri quidem potuit, vt Tharthan, deinde diuerso tempore seruiret. Nam Abner Dux fuit primum Saulis, post filij eius. Rursus Abner sub Dauide & Salomone ductauit ordines. Tharthan asserit, videlicet quo argumento ducatur.

Non post inuasionem Ægyptum

3. Post inuasionem Ægyptum, hæc gesta non arbitror: quia Isaias discalceatus hic prædicat, futuram Ægyptiorum & Æthiopum captiuitatem sic minabitur rex Assyriorum captiuitatem Ægypti, v. 4. Sennacheribis in Ægypto remeans iam captiuorum greges agebat. Deinde v. 3. dicitur: *Signum & portentum erit super Ægyptum & Æthiopiam.* Hoc agebat, cum Sennacherib ex Ægypto rediret.

Sed aduentu Sennacherib in Iudæam.

4. Itaque hæc ad primum Sennacheribi in Iudæam aduentum pertinet, anno 14. Ezechie vel instante, vel ineunte. Non enim ignoramus Ezechiam ab Ægypto sperare subsidium, ac proinde in Ægypti ca vicina in suam redegit potestatem, quo facilius hosti occurrere, Iudæam aditum intercipere posset. Tunc Isaias nudus & discalceatus eadem Ægyptijs ac Æthiopibus imminentem, vt Ezechias populus daicus intelligerent, nulla iam suppetere ab hominibus auxilium, exposcendam.

ISAIAE XX. v. 3.

Varia opinionones.

1. **T**rium annorum signum & portentum erit super Ægyptum & Æthiopiam hæc putant referri posse ad Assihaddon filium Sennacheribis potius ad Nabuchodonosorem, qui post triennium ab euectioe Ægyptiorum Ægyptum & Æthiopiam, vt quidam aurumant, vallibus Iudæam bio proponit Torniell, an. m. 3322. num. 4. Sed obstant ea, que iam prædicabam. Alij putant, his verbis prædici post tres annos ab hoc vaticinium turam calamitatem, quam ista Prophetæ nuditas portendebat. Quod non improbabile videtur.

2. Alij denique melius censent, genuinum horum verborum sensum esse, hanc calamitatem Aegyptiorum & Aethiopum tres annos duraturam. Ita Sanctius, Menochius & Cornelius laudato S. Hieronymo, qui ait præ-nunciata Aethiopia trium annorum mala passuros. Quæ expositio apprimè congruit cum ijs, quæ annotabam 4. Reg. 19. ver. 29. de tribus annis, quibus messis ad ludæos impedita fuit: Hic enim anni, ab eo tempore numerandi sunt, quo Tharaca rex Aethiopiæ, vires Assyrias à ludæa diuertit. 4. Reg. 19. ver. 9. docent auctores iam relati. Non quod putem hoc triennium fuisse intereunt, cum anno tertio serere & metere licuerit, sed quod Angelus stragem illam Assyriorum ediderit, eosq; in patriam repulerit, anno tertio ciuilitè comparato, ex quo regi Aethiopum occurrerant, & crudeli bello Aegyptios finibusque Aethiopes cœperant infestare, ex probabili saltè quorundam opinione. Vide aliam explicationem Isa. 37. v. 30.

Conclusio

Hinc sequitur Isaiam nudum & discalceatum, non tribus annis, sed forte triduo incessisse: siquidem anno 14. Ezechia cœperunt impleri quæ paulo ante minaci hoc vaticinio denunciata fuerant, vt docent auctores q. præced. tom. 2. laudati.

Isaiam non incessit nisi 3 annis.

ISAIÆ XXI. v. 16.

Hæc in vno anno, quasi in anno mercenarij, & auferetur omnis gloria Cedar. Quisdam hæc referunt ad Assyrios, quasi hi post vnum annum vastationis ludææ sub Ezechia, Saracenos persecuti fuerint, vt monet S. Hieronymus & Sanctius hic. At communior, & vt puto, probabilior interpretatio hæc ad Chaldaeos accommodat, quibus Arabes anno vno post euersa à Nabuchodonosore Ierosolyma, in prædam dati sunt, iuxta vaticinium Ieremiæ cap. 49. ver. 28. Ita S. Hieronymus, Lyranus, Sanctius, Cornelius, Mariana, Menochius. Addunt aliqui fortè hic tempus definitum, pro breui indefinito positum. Sic huius loci idem sensus esse videtur, qui supra cap. 16. v. 14.

Hæc referuntur non ad Assyrios sed ad Chaldaeos.

ISAIÆ XXIII. v. 15.

In obliuione eris ð Tyre, septuaginta annis.

Q V Æ S T I O V.

De initio & fine horum annorum.

Certum est Tyrum fuisse aliquando à Chaldæis oppugnata, vt hoc cap. Isaias, & clariùs Ezechiel cap. 26. palam faciunt. Id autem non conti-

Tyris vastata à Chaldæis.

Isai

ologia
amenti

V